

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

LUSUS IUVENILES

Auctore

VALENTINO NAGLERO

Smalcaldiensi Tyrigetâ.

IN

IUVENILES IUVENIS DOCTISSIMI VA-

LENTINI NAGLERI Schmalcaldiensis Lusus.

Lux nova Pieridum surgit, passimq; NAGLERVS

Spargit in Aonios nobile lumen agros!

O gaudete novo Vates hoc lumine! nec non

Ampliet ut radios, vos date vota, suos.

Simon VViblitius Osterburg. P.L. Cæsar. &

Ecclesiæ Vngelingensis Pastor.

In Symbolum, V.N.S. Virtus No-

bilitat Solidè.

Villa suos, virtusq; suos scit reddere claros.

Villam volgus habet nobiliore loco:

Virtutem sapiens. Quis sentit rectius? audi

NAGLERVM: Virtus vincit, hic inquit, opes.

Virtus Nobilitat Solidè pietatis amantes:

Sis pius, & solidè nobilis esse potes.

Valentinus Cremcovius anno, quo Ignis

MagDæburgicUs.



MAGDÆBURGI,

Prelo Boëliano, Anno FIDe, ied CVI VIDE.

117

132

3107

MD-

C

*Reverendis, virtute, doctrinâ & Humanitate
præstantissimis viris,*

DN. MATTHÆO GOTHŌ Seniori Elrich. Cherusco, Ecclesiastæ Stolberg. & Concionatori Aulico ac Superint.

DN. M. THOMÆ REINMANO Ecclesiæ Bleichrodanæ Pastori & vicin. Inspectori.

DN. M. PETRO HECHTIO Magdæburgi Symmystæ Johannæo.

DN. M. PAULO MICHAELI Blanckenburg. P. L. Cæs. Sch. Ascherleb. Rectori & Ecclesiastæ VVinningensi.

DN. M. ALBERTO REINMANO Gebrano Sch. Bleichrodanæ in Comit. Hoenstein. Rectori &c. Dominis fautoribus ac patronis suis plurimum honorandis.

*GOTHE, Pelasgorum celeberrima gloria vatum,
Teutona quos nostro tempore nutrit humus;*

Tu REINMANE, sacri præco celeberrime verbi;

HECHTI, Pieriam docte movere lyram;

Lauriger, ô MICHAEL, vates, Sophiaq; Magister;

Et REINMANE vigens laude Magisterij;

Offero quos vobis, juveniles sumite lusus,

Et studijs promptâ mente favete meis.

Si melior nostris adflaverit aura Camenis;

Carmen ab exculto doctus ore fuet.

Valentinus Naglerus Smalcaid. Tyrigeta,
Opt. Art. & S. Poes. Stud.

Ad Illustriss. Principem ac Dominum, Dn.
MAVRITIVM LANDGRAVIVM HASSIAE &c.
Musarum Mæcénatem.

Qui cælum terramq; regit IOVA, Trinus & Vnus,
Infantum gaudet vocibus usq; cani.
Musam infantilem non spernes, Optime Princeps,
Hassiacæ lampas non moritura domus.

Ad Thomam à Knesbeck, Veteris Marchiæ
Præfectum &c.

Marchidos è Veteris THOMA, dignissime Præses,
Nobilium lumen, CNESBECIANA CHARIS:
Non ego te nummos, quamvis pauperrimus Irus,
Sed numeros, dicat quos tibi Musa, peto.

NOBILITAT VIRTUS SOLIDE, mihi
Symbolon esto;

Hoc decores Musis, si vacat, oro, tuis.

Ad Casparum Richterum Friberg. Misn.
P. L. & Ecclesiasten in Gebrâ infer.

Te mihi vix vates visus festivior ullus,
RICHTERE, Aöny viva medulla chori.
Corpore in exiguo gestas pulcerrima dona,
Optimus es vates, atq; Mathematicus.

*Ex animo tibi quavis non, mi CASPARE, faueret
In vultu Charitum dulcis imago nitet.*

*Ad Simonem Biblium Osterburg. P. C.
Ecclesiasten Vngeling.*

*Laurea sit felix, te quã BILOVIVSornat,
VVIBLITI, Patriæ gloria prima tuæ.
Illa ferat fructus ac det calcaria Nato,
Vt citkaram Phæbi, more parentis, amet.*

*Ad Rodolphum Goclenium Senior. Primar.
in Acad. Marpurg. Philos. Profes.*

*Civibus adscriptus quod vestræ Academiæ honestis,
GOCLENI, meritis debeo jure tuis.
Præclare de me tu, vir præclare, mereris,
Vt nequeam laudes sat celebrare tuas.
Sum.rudis & parvus; fuero si doctior olim,
Et maior: dignis te decorabo modis.*

*Ad Henningum Dedekindum Neostad. Sax.
P. L. Cæs. Ecclesiæ Salisfanæ Diaconum.*

*Quam meritis tribuit Laurum, DEDEKINDE,
BILOVIVS, fructus ut ferat illa, precor. (capillis
Restituat vireis amissas IOVA salutis
Auctor, & adflicto pectore mæror eat.*

Qvo

*Quod Deus avertat, si non diu honore fruereis.
Calcar erit natis Laurus honora tuis.*

**Ad Eliam Pomarium, Ecclesiæ Petrinæ apud
Magdæburg. Pastorem.**

P O M A R I, vatum laus inculcata bonorum,
Mystag, salvifici concelebrande Dei:
*Quæ mihi Phœbicolæ sincerâ mente dedisti,
Argumenta tui grata favoris erunt.
Pomar Pietas tempus florebit in omne,
Pomona hortorum gloria donec erit.*

**Ad Ioannem Schraderum Sax. Poët. C. & Ec-
clesiasten in Alvenschleben.**

*Te quamvis nondum vidi, SCHRADERE Poëta,
Ipse tamen Musæ tangor amore tuæ.
Namq, ederis semper viridantibus, atq, Camēnis,
Iudice vel Phœbo, carmina digna canis.
Me precor adde tuis cultoribus: additus olim
Vatibus, insigni te celebrabo lyrâ.*

IOANNES SCHRADERVS

ἀναγεγραμμένος

HIC ORNANS EDERAS.

SCHRADERI cernens meletemata Cynthius, inquit:
Hunc ederâ vatem cingite Pierides.

A 3

HIC

*HIC ORNANS EDERAS nostros ornabit alumnos
Carminē, cui laudem postera sæcla dabunt.*

B. Bilovius lib. V. Pleiad. Anagr.

Ad M. Sigismundum Mollerum Tyrig. P.L.
Cæs. & Eccles. Menterod.

*Vicinis ansam primus, MOLLERE, dedisti
Pluribus, Aoniæ quos beat artis amor;
Ut meritam caperent Lauri de frunde coronam:
Nam duce te Lauram cetera turba gerit.
Tu prior adscendis colleis Heliconis amœnos:
Hinc reliqui ramos ex Helicone ferunt.
Sic tibi, sic reliquis sua Laurus floreat omni
Tempore, post cinereis sic magè crescat honos.*

Ad Casparum Bolschenium Vallersleb. Sax.
P.L. & Eccles. in Ausleben & Odeleben.

*CASPAR BOLSCHENI, Iovæ doctissime Mysta,
Vulgari non es de grege versificum.
Adnumerat summis Phæbus te jure Poëtis,
Et fratri vates par potes esse tuo.
Hinc sacra Naglerus gestit tua cernere vulta,
Atq; frui Musis, clare Poëta, tuis.*

CASPA-

CASPARVS BOLSCHENIVS

ἀναγραμματιστής.

SIS CLARVS PHOEBVS; CANE.

BOLSCHENI, sua vis decorat quem gratia venæ;

Qui non HEINRICO fratre Poëta minor:

SIS CLARVS Musis PHOEBVS, seu Phæbus.

in arce

Ætheriâ exsuperat cuncta nitore suo.

Et CANE cum dignis præclaro carmine Iovam;

Quo te post cinereis vivere Musa dabit.

B. Bilovius lib. V. Plejad. Anagr.

Ad Samuelem VVALTERUM Stendal. Eccle-
sialten in Hohenvvarsleben.

Teutonico es meritis, VVALTERE, Poemate palmâ;

Debetur Latiae laus quoq; magna lyrae.

SAMVEL VVALTERVS

MVLTA LAVSE VERSV.

Teutonicam, VVALTERE, mox es, citharamq; Latinâ:

LAVS MVLTA E VERSV manat, amice, tuo.

B. Bilovius lib. VII. Pleiad. Anagr.

Ad Matthæum Gothum Sen. Eccles. Stolb.

Teutonia vivus fuerat RHODOMANVS Homerus:

Ipsò defuncto tu modò Homerus eris.

Ad

Ad M. Thomam Reinmanum Eccles.
Bleichrod. P. &c.

*Quod purus vir sis, propter purissima Iovæ
Dogmata, quæ spargis, nomen & omen habes.*

Ad M. Petrum Hechtium Eccles. Magdab.

In templo licet incumbat tibi cura docendi:

Aoniæ clarat te tamen artis amor.

Ad M. Paulum Michaëlem P.L.

*PAULE, Poeta inter vates, quos Saxona tellus
lactat, honorato nomine clarus ovas.*

Ad M. Albertum Reinmanum, Lu-
dimod. Bleichrod.

*Laurea sacra Sophis, quæ te Salana coronat,
Floreat æternis semper odora comis.*

Ad CL.V.M. Barptolemæum Bilovium P.L. Cæf.
amicum suum singularem.

Vsq; Novercali minitabiliterq; furenti

Quod mactas odio turpe Catharma gregis

Aonij, loca palantem per cuncta Zuberum;

Egregium facinus Bartholomæe facis.

In te quantum vis convicia plurima fundat,

Non nisi morsiculos pulicis esse puta.

Quod facis, & facere ut possis quoq; postmodò, vitam

Et vitia evita, quodq; Zuberus habet.

Sic feret ille notas notâ levitate perenneis:

Tu comi æternum serietate decus.

M. Iacobus Rosfeldus Fr. P. L.

F I N I S.

№ 1996

8

U

ULB Halle 3
 002 063 808



nicht aufg., da unvollst. u.
nicht zu ermitteln!


28 a / 50 / 1996 /

U 8 17

M

DX





B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

S. 117

GLERO

tà.

ISSIMI VA.

ensis Lufus.

RV S

g. P. L. Cæsar. &

sis Pastor.

rtus No.

uit, opes.

anno, quo Ignis

Us.

I,
CVI VIDE.

117

132

3107

MD-

I
C

